6/e
15

63044/B

a
c. 4

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
PUZZOLIS, P. de

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30510016

T9

DISSERTATIO
ANATOMICO-PHYLOSOPHICA
DE ORGANO
V I S O R I O,

Ejuſque actione, & objecto;

N E C   N O N

D I S C U R S U S
DE STYBII NATURA,

Ejus operandi modo, ac auxiliis, nonnullis humani Corporis malis opportunè ſuccurrentibus.

LONDON·MEDICAL

ROMÆ, M.DCC.XXXVIII.
Typis Jo: Baptiſtæ Caporali, propè Sanctum Marcum.

SUPERIORUM LICENTIA.

Illm̃o, & Rm̃o Domino

FERDINANDO DE SIGNORIBUS

U. S. R.

Ac Supr. Tribun. Signaturæ Juſtitiæ
VOTANTI.

COgitanti mihi diutiùs lucubrationes iſtas qualeſcunque demùm eæ ſint in lucem proferre, illud occurrebat, eas niſi majoris alicujus auctoritas, & fides accederet, vel rei tenuitate, vel inconcinnitate dicendi fore jure meritò contemnendas. Ex quo quidem licèt pluſquàm fortaſsè res poſtulabat agitari ſenſerim, ac vehementiùs commoveri, tamen ubi primùm in te animum converti mirùm quantum alacritatis, & ro-

boris, vel ex una tui cogitatione fuerit in me derivatum.

Solebam equidèm anteà, quotiès tua ora vultuſque cernerem ipſo tuo aſpectu mirificè refici, ac recreari, cum te viderem tot tantisque honoris inſignibus exornatum, in quo nec ulla virtutis acceſſio, nec dignitatis ornamenta deſiderarentur, tantâ humanitatis, & comitatis laude præcellere, ut ad eam quodammodò naturâ ipsâ compoſitus putareris. Nùnc autèm cum & tui præſidii experiundi occaſio, & tuæ benignitatis fructum aliquem percipiendi tempus ſuâ quaſi ſpontè ſeſe offerat, non vereor, nè quem omnes mitem, quem beneficum, quem ampliſſimum concelebrant, qualis rè ſis experiar. Scimus ſcimus maximis te rerum curis detineri, ſtudiis difficillimis, quibus vel Pontificiæ, vel Civiles leges tuentur implicari, in maximis Chriſtianæ Reipublicæ negotiis adhiberi, dum tamèn in tanto dignitatis faſtigio collocatus, cogitationes tuas in præclariſſima geſta intendis, Tui non indignantis animi erit tenuiſſimorum hominum officia non aſpernari, voces exaudire, precibus ſubſcribere.

Fuit

Fuit hæc ſemper ampliſſimorum virorum laus ſanè non mediocris, ut dum præſtantiſſimarum rerum cogitatione, & ſtudio tenerentur ad inferiorum intereà hominum obſequia reſpicere, non contemnerent. Quod quidèm in illis magnum, in te maximum eſſe debet, quem non generis ſolùm commendatio (vetuſtiſſimæ ſcilicèt Civitatis Signiarum Patritium) quòd ſoliùs fortunæ eſt, ampliſſimum facit, verùm etiàm, quod totum tuum eſt, & præclara in omni rerum genere ſcientia, pari cum vitæ integritate conjuncta. Tu enim ab ineunte adoleſcentia emenſo totius Philoſophiæ curriculo, propugnatiſque Romæ, non ſine mediocri omnium admiratione Phyloſophorum Sententiis, ità Theologiæ Scholaſticæ, & Dogmaticæ, & utriuſque Juris ſtudia es proſecutus, ut duos ſuprà viginti annos natus, Advocati muneri, & patrocinandis Cauſis uſquè ad Benedicti XIIJ. tempora, totum tuum tempus, & ſtudium inſumpſeris. In quo quidem tantâ cum laude verſatus ſemper fuiſti, ut ab eodem Pont. Max. intèr Referendarios utriuſque Signaturæ, & intèr Prælatos Domeſticos fueris numeratus. His etiàm ac-

ceſſit

ceſſit illud, quod CLEMENS XIJ. (quem nunc regnantem colimus) Votantis munus in ſupremo Tribunali Juſtitiæ Signaturæ contulerit.

Quo quidèm tempore licèt innumeris penè rerum curis obruaris, tamèn Litteratorum hominum patrocinia ſuſcipere, publicis Diſceptationibus, tùm Theologicis, tùm Medicis, quibus non parùm oblectaris, præeſſe tuoque vultu, & præſentiâ ſtudioſorum animos confirmare, & erigere ſemper ſoles. Atquè hoc etiàm fuit Illme, & Revme Dñe, quòd me jamdiù hærentem in hanc Sententiam impulerit, ut libellos hoſce tuo nomini inſcriberem. Quòd enim, aut magis opportunum, aut magis neceſſarium contingere iis poſſet, quàm tuum? Ac mihi quidèm illud ſatis ſupèrque erit, ut qui eos attento oculo volutarint, ſciant à te antè perlectos, tibi probatos, tuâque auctoritate, & præſidio confirmatos. Itàque ſi quid à me, aut audaciùs factum, aut confidentiùs commiſſum, illud totum tu tibi tribue. Tantùm profectò non auſiſſem, niſi animos mihi feciſſet tua in Litteris, & ſublimioribus diſciplinis exercitatio, & comitas ſin-

ſingularis. Tu verò fruere iſto tuo bono tàm excellenti, gaude animi tui indolem, & præſtantiam, non ſolùm ad tuum decus, & commodum, ſed etiàm ad aliorum utilitatem fuiſſe tibi divinitùs impertitam. Vale.

Humũus, & Obſmũus Servus, Phyloſophiæ. Medicinæ, ac Sac. Theol. Doct. Panormit. Accad. Princeps,
Placidus de Puzzolis Accad. Creſcent.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

M. Epiſcop. Piſaurien. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Joachim Pucci Magiſter Socius Sac. Pal. Apoſtol. Magiſtri.

DISSERTATIO DE OCULO,

Et hujus Actione.

NEMINEM veſtrum latet, Viſionis ſenſorium intèr cæteros Hominis ſenſus principatũ tenere, eiſque præſtantius eſſe; In quo uno,ſummus naturæ Archetypus,tanquã in clariſſimo ſpeculo univerſas Creati ſpecies perſtrinxit, & cumulavit: Hoc penè Divino Inſtrumento, dedit mirari longè, latèque diffuſam lucem per aeris regiones, ditiſſimam terrenæ molis ſupellectilem, Maris undas, & littora, Corporum alterationes, mutationes, figuras, modificationes, actiones, paſſiones, repaſſiones, numeros, temporum ſeriem, ens ipſum rationis metaphyſicum, univerſum naturæ ordinem perſcrutari, aliaque colorata diſcernere. Hujus proximi miniſtri ope, animus in ſumma Arce exiſtens, dominari, & imperare noſcit (fortaſsè, monuit Anaxagoras; homines natos eſſe ad *videndum*, Inventionis ſenſus à Phyloſopho, & Platone nuncupatus, quia uberrima phyloſophandi materies humano ingenio ſuppeditatur, ditiſſimæ contemplandi naturæ effectus effodiuntur mineræ, imò, & ipſum naturæ Opificem, & beatam vitam conſequendi (*Rom.* 1.) *Inviſibilia Dei à Creatura Mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*.

Quid plura? Sed ſinite Auditores de ſublunaribus loqui, Cœlum ipſum parùmper ſuſpicite, cujus aſpectus Phy-

loſophos conturbavit, ſeù, ut meliùs dicam, quodam ſtupore affècit, eorumque obtutus in unum defixos tenens, liberi judicii, & ratiocinii facultatem ullam relinquens, uti ſi magna quædam, & ſingularis novitas de repente ſe videndam obtuliſſet. Quiſnam ſenſuum immenſa Cœli ſpatia perluſtrare feſtinat! Stellarum motus, & ſplendorem, ſummi Numinis Regalem Arcem noſtrorum laborum metam,& præmium: Omnes omnia ad oculorum delicias converſa eſſe.

Verùm ex hoc picto ſyderibus mundo, (ut cum Seneca dicam) à Græcis, & Latinis Scriptoribus viſionis Organum maximè extollitur, ut *Lucret. lib.3. de rer. nat.*

Omnes cæcutire jubes, nè Cœlum aſpiciant,
Cœlique aſpectu permoti
Rursùs in antiquas referantur Religiones!

Et Tullius ipſe: *Quis tàm vecors, qui cum in Cœlum ſuſpexerit, Deos eſſe non ſentiat! omninò eſſe præſtantem aliquam, æternamque naturam.* Sed nè alio feratur oratio hujus nobiliſſimi ſenſus harmonicam ſtructuram, uſum, & alia ad illius perfectam actionem, lento ferro, fas erit detegere, ſicque ex hac ſola parte Atheiſtarum Commenta convincta, & profligata, certò certiùs remanebunt, relicto totius Macrocoſmi ſimul,& Microcoſmi artificio mirabili,pro quâ plus laboris naturam impediſſe,quàm pro illorũ diſpoſitione concinna.

A Græcis Ofhthalmoj, undè ofhthalmia, à Latinis Oculi nuncupantur: Duo ſunt corpora globoſa in cavitatibus orbitarum ſita, muſculis, vaſis cum pinguedine interjecta, ductibus excretoriis, & humoribus confertim ditata ad viſionis opus peragendum. Subſtantia diaphana, & mollis ad promptam ſpecierum receptionem, & conſervationem.

Numero duo parallelo ordine in eodem plano diſpoſita, undè forſan fit, quod moto, aut infirmato uno, & aliud moveatur, & aliquo modo laboret (quod falsò ab Ariſtotele comuni principio opticorum adſcribitur).

Per-

Perfectiorem ſphæricam figuram ſortita, ut ſic proprio centro circumvoluta, multa ſimùl quâque verſus per rectas lineas, & inſtantaneo motu attingerent objecta, adhùc contraria, intellectus perſpicaciæ denegata.

In ſolo homine varium ſortiuntur colorem, ex uveæ motu, humorum coloribus, & ſpirituum animalium vibratione impertitum.

Internis, & externis munita partibus, externæ ſunt palpebræ, quibus quaſi velis hæ nitidiſſimæ gemmæ obducuntur, cilia, ſupercilia, glandulæ, ſivè carunculæ lachrymales.

Superior palpebra perpetuò nictitat pro ſordium expulſione, immotâ inferiore, è contrà avi pro ſui indigentiâ, datum eſt etiàm hanc movere, palpebræ cutis laxior eſt internè ſubtiliſſima membranâ cincta variis foraminulis pertuſa à pericranio ariunda. Exterior peripheria cilium, pilis, & punctis lachrymalibus undique inſperſum ad lucis radios infrigendos, & temperandos; pars ſuperior ſupercilium adhùc pilis obſitum oculi ornamentum, & ſudoris diverticulum.

Variis glandulis, ſivè lineis, ſtriiſque palpebræ in interna ſuperficie conſperſæ apparent cum ramulis vaſculoſis nupèr à Morgagno etiam in animalibus detectis.

Celebris una è ſuperiori parte anguli majoris exorta eaſdem cingit, & in varios globulos diſperſa, vaſis lymphaticis, & excretoriis viam, præbet, in qua ſaccus lachrymalis, & lachrymalis fiſtulæ ſedes ab Anatomicis fuit repoſita, quæque humore aliquo ſanioſo, aut irritante exeſa, lachrymas perpetuò reddit, uti putata vitis laticem quaque verſus gemens.

Altera Caruncula, adhùc lachrymalis dicta, in minori oculi cantho exiſtens, humorem ſegregat partibus vicinis irrigandis, nè aeris æſtu, & continuò motu areſcerent, inſerviens, reſiduam lymphæ copiam per ductum ex-

cretorium à Stenone egregiè deſcriptum ad interiorem naſi partem, nè oculus jugibus lachrymis afficiatur, defert; unde fit nedum in fletu, & mærore, ſed fumo irritatis oculis, ſuccus lachrymalis è naribus extillat, & è contra irritatis aliquo vegetabili naribus, lachrymæ prorumpunt. Circulat dictus humor externè per glandulas ipſas, poſt ab Amne purpureo reaſſumitur.

Tres lymphæ ductus hiant in glandulis ad palpebras uſque protenſi cum molecula utrinque exutata.

Interna palpebra ad motum celerem, & rapidum, duos habuit muſculos: primus ortum habet propè angulum majorem, & ſub oculi globo tranſiens verſus opticum ſubtilem tendinem emittit, aliumque pertranſiens è ſuperiori parte oculi margini inſeritur. Duplicem tendinem, quaſi unitos in exortu habet, quem, & veteres, & recentes cum Morgagnio tradunt, monentque, ut in fiſtulæ lachrymalis curatione ligamenti palpebrarum læſio vitetur.

Alius eodem modo exortus reſpiciens minori angulo in amplexum comunem ambo conſpirant. His funibus interna palpebra ſupra corneam extenſa, nè occludatur, ſuſpenditur.

In his filamina nervoſa inveniuntur propagata ut pathetici, & involuntarii motus palpebrarum animæ in mærore, pudore, & gaudio reſpondeant, aliaque innumera phenomæna ex memoratis nervis procùldubio enodari poterunt.

Quomodo autem ad pellente ſono ad aures palpebræ ſemiclauſæ cadunt! hoc ex data anathomia abundè colligitur, & quia ſpiritus ſuavi labore laceſſiti, & defatigati, ſpontè ſua concidunt, lumina ad horizontalem ſitum ſe diſponunt.

Sex muſculis circà oſſeam cavitatem diſpoſitis pro motibus variis obeundis oculi appenduntur, quatuor rectis, duobus obliquis ex munere vario nomine donatis. Primus

extol-

extollit. Secundus deprimit. Duo alii hinc, indè oculi ſphæram movent.

Ortum ducunt à circumferentia foraminis, ubi inſeritur opticus, & per latum, & ſubtilem tendinem ad corneam uſque protenduntur. Horum muſculorum fibræ ſimul tenſæ, & corrugatæ oculos immobiles in unum defixos retrahunt, uti contingere videmus avibus tonico motu, & æquo pondere per aerem libratis.

Veriſimile videtur, oculum non nihil complanari, cum quatuor recti muſculi ſimul contrahuntur, & econtrà globoſior fit, ubi obliqui contracti lumina præmunt, viſioque magis, minuſvè elegans efficitur.

Non ſic laborantes paralyſi, habent enim muſculos paralyticos, & contractos, obſervatione facta à clariſſimo Williſio in juvene habente abducentem fortitèr contractum, objecta dupplicata promiſcuè cernebat.

Ex obliquis, unus ortum ducit à cantho interno, & propè Iridem deſinit. Alius eodem modo fert oculum ad internum angulum, & per longum, & latum tendinem ſubtilem membranam pertranſiens *Trochleam* dictam in amplexum comunem conſpirant, & movent oculum in gyrum.

Omnes hi muſculi inter ſe harmonicè conſentiunt, & cum ſuis antegoniſtis proportionatis viribus per nixum, & contranixum, nè viſio quid noxii patiatur, agunt, reagunt.

Exigua filamina nervorum à motoribus nervis cuique muſculo mutuantur, quibus humore aliquo irritatis, convulſiones oculorum lethales, & ſpaſmi dolorifici progignuntur.

Conſpicuum par opticorum magnitudine, & elegantiâ alios præcellens à corporibus ſtriatis profectum, in duos ramos partitum, ſpiritus viſorios ingenti copiâ, & recto calle ferunt. Implantantur poſticâ parte in centrum oculi verſus pupillam, cui è diametro opponuntur. His tubulis obſtructis, & oppilatis, oculi lumen eclipſatur, & gutta ſe-

rena

rena cæcitatis indicium, & viſionis amiſſæ argumentum, accedit, quam priùſquam opticorum thalamos ſubeat è ſuperiori compage cerebri initiari putat cit. Williſius.

An meatus exigui in meditullio horum nervorum inveniantur? Valdè dubitat Celebris Malpighius, ſolùm inveniri exiſtimans porulos, & interſtitia, quicquid in contrarium phyloſophetur Cartheſius ab eodem acritèr redargutus, quia rationibus hypotheticis, non ſenſuum teſtimonio fiſus.

Ut hi duo optici nervi conſentirent utrobique, opus erat, ut haberent tenſionem æqualem, cum originem ducant ab oppoſitis, & diſtinctis cerebri faſtigiis, & ut obiecta dupplicata cernerent, ad eum modum, quo radii Coni in unum apicem coeunt, licet profecti ab oppoſitis principiis, ità prædictæ fibrillæ, ubi opticus nervus oritur quandam literam *F* efformant, & hoc datum fuit his ſolis ob actionem præ aljis acriorem.

Quod ſi iterùm inquiratur, cur viſio ſit ſimplex, cum organum ſit duplex? Reſpondetur, quia fibræ inſimùl parallelæ, & uniſonæ ſunt in unum angulum, & apicem inclinantes, & conſequenter ad radiorum repercuſſionem pari impetu ad ſenſum moventur, viſioque ſimplex reſultat.

Uti in muſica ex tonica tenſione cordarum uniſonarum tonicè, & æquo motu ſibilantium ſonus duplex, & multiplex editur. Huic opinioni contradicit Gaſſendus, hac difficultate pertæſus, docuit viſionem fieri ab uno oculo, experientiâ refragante. Hujus Phyloſophi oppoſitiones Briggs in ſua doctiſſima Olphtamographia refert, & refellit.

Inveſtiunt adhùc oculi internam ſubſtantiam Tunicæ quinque. Primam dicunt Conjunctivam, ſivè adnatamexquiſito ſenſu præditam à pericranio exortam, ambit undique oculum uſque ad nigrum, quæque in ofhthalmiis ob minima vaſcula perreptantia intincta, & inſperſa ſanguine apparet. Se-

Secunda comunis dicitur Cornea, firma, & lucida à dura matre oriunda exteriùs, ut det ingreſſum lumini feneſtrata, in fundo opaca, tranſit ſub conjunctiva, quæque ſi tota digito præmatur, lux nulla apparet, ſi regio propè ipſam, aut ultra, lux inſtar dimidiati, aut integri annuli, ſivè circuli, apparet, & ut verbo dicam juxtà preſſionum varietatem, quæ in ipſa fiunt, variæ quoque rerum apparentiæ reſultabunt.

Gradùs infimi tenuitatis in Aquila cum cartilagine nictitante, quam per vices radiis ſolaribus ludendo opponit, obſervatur.

Tertia dicitur uvea acinis uvarum nigrarum non abſimilis extenſa ſub cornea, cui fortiter alligatur, liberâ remanente pupillâ. Pupilla nunc in minori luce dilatatur, nunc in majori indifferenter conſtringitur. Pro varietate colorum in hoc circulo apparentium Iridis nomen ſibi appropriavit, circà quam quædam ciliares productiones fibroſæ, quaſi lineæ à centro ad circumferentiam producuntur, quibus mediis, Iris innumeras efficit motiones, juxtà obiecti ſitum ex Manfredi obſervatione, & Ryolani experimento, his annuit Veslingius cum aliis, renuunt appellare fibras, ſed mutato nomine, Stamina vocant.

Hâc ſubtiliſſimâ parte vulneratâ, exurentem flammam prodire ob ſpirituum animalium moram, quamplures Authores teſtantur.

Aracnoides alia, quæ cum dicto ciliari ligamento ſuſpenſum tenet chryſtallinum in medio liberum, Aranearum telis perſimilis conſpicitur.

Quinta Rethina ab extremitate opticorum elaborata alba, & lucida, ſternitur in fundo oculi ad lymbum chryſtallini accedens quædam filamentoſa ſtamina intexit, immiſſas ſpecies excipit, quod ſi morbo aliquo reſoluta, aut obſtructa reperiatur, memorata ſuperiùs cæcitas inducitur.

Quæ-

Quædam lymphatica circa rethinam ludentia obſervavit Valſalva de Auris anathome, & quotquot poſt ipſum de hac ſcripſerè, quæque in unicum ductum hi antia, opticum nervum ſubeunt.

Ultimam peculiarem dicut vitream ab humore, quem retinet, nè diffluat, & dilabatur in orbem.

Omnes hæ tunicæ venulis, & arteriolis ditatæ ſunt, & quo magis animantia fuerint calidiora, ut equus, aquila, feles, noctua, eò magis tunicæ diſtenduntur, & leviſſimas objectorum impreſſiones perſentiunt.

Inter oculi penetralia tres latent humores, aqueus videlicet fluidior, & rareſcens, reproducendus forſan in corneæ ictu violento è lymphaticis à ramo carotidis internæ, immiſſis, quique humor vaſorum torturis elaboratus, deficientis loco ſubſtituitur, quicquid in contrarium garrulæ muliercula de hujus reproductione fabulari nitantur.

Humor hic anteriori parte poſitus venientem lucem demulcet, & emperat, extraneo corpore ſolidior factus cataractam trahit, cæcitatis indicium, & viſionis amittendæ argumentum.

Hinc perſpicuum eſt ſuffuſionis operationem fieri non poſſe à chyrurgica manu abſque chryſtallini perforatione, ni notam temeritatis incurrere velit, advertit Morganius, eandem Hippocratis verbis ab injuria imperitiæ vindicans: immerito ullus aliquis ipſorum reprehendatur propterèa, quod invenire non potuerunt, imò laudandi omnes, quod inveſtigare conati ſunt.

Medius inter duos chryſtallinus humor (qui pro rerum videndarum diſtantia ope muſcularium fibrarum magis, vel minus diſtat à rethina (lucidus, & reflectens inſtar lentis chryſtallinæ lenticularis pupillæ oppoſitus, recipit permanenter ſpecies objectorum. Convexior poſtica parte ſimilis vitro tubi optici, & microſcopii, adeòut radii pupillam ſubeun-

euntes, veluti concavi, & obſcuri tubi foramen, cui vitrum convexum aptari ſolet, ità infringantur, ut objecti ſimulachrum in oculi fundo, tanquam in oppoſito pariete exactiſſimè, pingant. Globoſior in piſcibus, ac in hominibus, & animantibus ob radios nimis refractos ex obliquo venientes, & in aquas immerſos.

Poſtremus dicitur vitreus aliis major, vitro fuſo non abſimilis, adamanti in luce Emulus, chryſtallino rarior, implet cavitatem opticæ cameræ, opitulatur rethinæ ad citam, & proportionatam radiorum tranſmiſſionem, ſejungit juſto ſpatio rethinam à chryſtallino ipſo, ut radii à perpendiculari trajecti in ipſa focum ſuum accendant, conſpicuamque picturam eidem exhibeant, quemadmodum vitrum uſtorium, ut ſolares radii ad perpendiculum deſcendentes materiam combuſtibilem faciliùs inurant determinatam diſtantiam poſtulat.

Hactenùs expoſiti humores cum ſuis tunicis oſſium, & piſcium Squamis, & arborum gummis in nitore perſimiles ità à ſolertiſſima natura, (quæ neque in minimis errat) fabrefacti, ut unam intentam viſionem concinnè perficerent, & elegantèr terminarent.

Tria igitur concurrunt ad viſionem: Organum hùcuſque anathomicè deſcriptum, medium illuminatum, quod eſt aer, & præterea objectumqualis eſt color.

Lux Primaria ætheris & ignis nomine inſignita, omnium mutationum ſublunarium principium, ut aliqui volunt, ex illa primigenea materia in prima rerum creatione eruta per ſpiras, ſivè vortices Cartheſianos quaque verſus ab ignitis corporibus per orbem propagata; ex hoc innato, & radicali calore, (ut cum Antiquis dicamus) Elementum ignis conflatur, quod ſatis manifeſtum reddunt Montes perpetuis flammis in terræ ſinibus æſtuantes, ut Etna, Veſuvius, Thermarum, & aquarum calidiſſimarum origines, aer, ventus urens,

aliique Ignes ab ejus ſuperficie interna, uſque ad ſui centrum per immenſos canales, & meatus diſſeminati, paſſim teſtantur, hæc inquam lux immediatè procedit per radios confertim emanantes, quique invicem occurrunt, & ſingula aeris prædicti ſpatiola occupantur.

Iidem radii omni colorum genere fæti, & intincti per redupplicatam reflexionem è ſolidis corporibus medium reddunt magis diaphanum, alii incurvantur, dividuntur magis, & explicantur alii, & multiplices oculo tribuunt colores, ſi credimus Nevutoni, Crimaldo, & Mariotto, adhùc illos adſcribentibus mutatæ planorum mixturæ, & rebus ipſis coloratis, ut in araneæ filis imbre perfuſis, & luce illuſtratis, iridis colores oculo in debito ſitu collocato exhibentibus, in filis aureis, & argenteis, & in radiis ſolaribus in terram alitèr, ac aliter reflexis, effectus diverſos præſtantibus pro majori, vel minori diſtantia Siccæ à Sole ſimplicitèr neceſſaria ad ſui diſpoſitionem armonicam, corporumque libratam, & rectè conſtitutam temperiem; Alios enim effectus ſub Zona frigida, alios ſub temperata diverſam conſtitutionem præbent ſub Torrida;

Similitèr ergò ſi corporum ſuperficies extumeſcentiis vallata majorem, aut minorem reflexionem juxtà menſuram radiorum ad angulos rectos, vel obliquos cadentium, vibraret, & radii in congerie denſo plano, lævigata reflectuntur, color albus fit, ſi corpora ſpecubus, & aſperitatibus ſcateant, talitèr ut venientes radii, mutatis angulis incidentiæ, veluti immergantur, & abſorbeantur, juxtà cit. Nevutonis ſententiam, color niger apparet, quique duo intensè oppoſiti colores, luminum aciem acerrimè feriunt, uti fertur de militibus Zenofontis, qui juſſi ſuſcipere longum iter per ingentes, & denſas nives, hùc illùc diſtractis viſoriis ſpiritibus ex illa ſumma albedine, oculorum lumine orbati remanebant, & de Dionyſio Tyranno Siculo, qui detinebat

viros

viros detruſos in tenebricoſo carcere Syraguſano, Auricula Dionyſii dicto, è tenebris eductos meridianæ luci exponebat, mutato extremè ſpirituum tono, ſivè pupillâ, ut ſupra dicebam ſummè conſtrictâ, & ſimùl dilatatâ, de repente oculorum luce privabantur. Sed iterum ad colores.

Cum omne corpus juxtà Gaſſendum lucidum ſit, aut luce illuſtratum, præter dictam lucem variè intermiſſam, & modificatam opus erit radios denuò infringi, ut patet in vitro triangulari, ità decuſſati, & umbellis variis interciſi, viridem, purpureum, alioſve gignere, & explicare colores, quod clariſſimum eſt in ſolidis inflammatis, in nube rore fœta, & lumini Solis diluculò expoſita, in lacubus, & ſtagnis aquarum, in aquis maritimis à ventis validis contractis, & quando ſol per linealem conjunctionem vaporibus oppoſitus, apparentes colores, ubi fiunt anguli reflexionis, & refractionis in Iride Cœleſtiali producit. Imo (ſubjungit hîc clariſſimus Galilæus): Si ſolida materia quæcunque illa ſit. ſive metallica, ſive lignea, aut lapidea lumini ſolis è diametro opponatur, & poſt nudo oculo, aut teloſcopio armato attentiſſimè ſpectetur, omnium colorum minutiſſimas particulas diſſitas apparere, & conſequenter præter dictam lucem variè intermiſſam, & modificatam, nullum alium eſſe diſtinctum colorem, ne ſequatur proceſſus in infinitum: ubi Lux non eſt, tenebræ ſunt: melius Poeta,

Rebus nox abſtulit atra colores.

Et ſacer hymnus Rebuſque jàm color redit,
Vultu nitentis Syderis.

Ex his, facilè conjici poteſt, quomodo fiat viſio perfectiſſima objecti: quatenùs radiorum, & lucis coni ab objectis per orbem propagati in ocularis ſphæræ ſuperficiem incidentes, primam ſubeunt refractionem, poſt per novas, & novas refractiones à perpendiculo ad perpendiculū deflectentes ſemper mutato angulo per medium rarius, & denſius, oppo-

ſitos humores, raros, convexos, denſos, penetrant quoàd-uſque ad tunicam Rethiformem deportati, illam leniſſimè feriunt, & omnia objecti puncta paulò ante in lente chryſtallina recepta in eadem colligunt, talitèr ut cuilibet puncto ſua diſtincta fibrilla exactè correſpondeat. Quod declarari ſolet pluribus exemplis. Ergò à primo ad ultimum diversâ reflexione, & refractione luminis reſilientis, ut in Opticis, Cathoptricis, & Dioptricis docemur, ſenſiles partes tanguntur, idolumque in oculo ità affecto exactiſſimè formatur. Non propagatione objecti in eſſe intentionali per fictam ſpeciei receptionem, prout contendit Ariſtoteles, Averroes, Hieronymus Fracaſtorius cum aliis Phyloſophis Peripateticis, & Medicis, quam opinionem variis experimentis probare conantur, fieri inquam per *Receptionem*, per hoc, quod oculus ſit aqueus, & mollis; Repugnantibus Platone, Platonicis, Empedocle, Pytagorâ, cum aliis Opticis, & antiquioribus Phyloſophis, qui volunt fieri per *Emiſſionem*, per hoc, quod oculus ſit igneus, & calidus, quod etiàm iſti variis rationibus confirmant: Inſuper athomorum aciebus Demochritus, & Leucippus cum aliis Athomiſtis adſcribunt, dictis radiis Epicurus, Corporum exuviis Lucretius, negantibus unis, affirmantibus aliis, quos lato calamo refert Andreas Laurenti in ſuo Theſauro Senectutis. Verùm enim verò quicquid ſit de hujuſmodi opinionibus, quas doctioribus Phyloſophis, atque Mechanicis diſcutiendas remittimus; Certum eſt quod, & potentia, & objectum modo ſuo concurrant ad opus, quemadmodū intellectus lumine phantaſiæ adjutus diſcernit verum à falſo, ità ex potentia, & objecto, ut dicunt, integra rerum paritur notitia. In longum enim abiret oratio ſi horum Phyloſophorum argumenta, & objectiones expenderem, mihi ſufficiat dicere, quod cum lumen corpus ſit, & ignis rarefactus, non eſt, cur vetetur, ut ſenſilis pars non tangatur, & indè viſionis opus contingat, analogicè diſcurrendo

cum

cum aliis exterioribus ſenſibus, prout ſentit Carolus Fracaſſatus de lingua relatus à Malpighio.

Adhùc de modo, ſed nova lis inſurgit de loco, ubi fiat viſio. Alii cum Galeno, & Ariſt. putant in chryſtallino ipſo, in Opticorum unione Avicennas, in ipſa Rethiculari tunica, & cerebro tandem nonnulli alii, quod rationi conſonum; quia cum tunica rethicularis ſit expanſio opticorum, alba, & lucida, uti papyrus oleo perfuſa, & lumini candelæ expoſita, facile objectorum impreſſiones recipit, & ad medullarem Cerebri ſubſtantiam tranſmittit, quàm choroides, quæ eſt obſcura, & opaca cum pia matre continua à Cerebri amphractibus, ſive labyrinthis prorsùs aliena, & quia opacitate, & denſitate ſua luminoſos radios immergit, deglutit. Hæc fortiſſima ratio acutiſſimum Mariottum cum ſuis Aſſeclis ſemper torquebit, niſi novas in campum adducant rationes, aut ſententiam mutare proponant.

Memorata Cerebri textura, uti cæterarum molliſſima, quià molliſsimis compacta glandulis, & fibrillis, quæ cuique motui recipiendo, conſervando, propagandoq; aptæ natæ ſunt.

Quemadmodùm igitur Aranea in centro circumambientium fibrarum poſita, quaſcunque leniſſimas auras à longinquis Regionibus immiſſas, per tremulam fibrarum expanſionem perſentit ab hoſtium primis motibus, & incurſibus tremebunda cavet; Multò magis animus noſter delicatiſſimis fibrillis ſeptus quaſcunque ſuaviſſimas auras à quacunque plaga immiſſas per tremulam fibrillarum expanſionem à ſpirituum copiis adjutam, ſeù mediantibus ſenſibus internis: (cum nihil ſit in intellectu, quin priùs fuerit in ſenſibus, nihilque voluntas velit, niſi ab intellectu præcognoſcatur) intelligit, cogitat, memoratur, diſtinguit, judicat, & de illis minutiſsimè ratiocinatur; Non ſecùs ac ſimpliciſsima natura ſe gerit cum cæteris externis ſenſibus objectorum undas externas, *Unico rerum contactu* ad comunem Cerebri ſedem

tran-

tranſmittendo, nam eadem eſt ratio totius ad partes: ſuperiùs inferiùs unum: Conſpiratio una: Conſentientia omnia: Illâ tamen excellentiâ proportionis in hac ſenſatione præ aliis, qualis eſt inter finitum, & infinitum, temporaneum, & inſtantaneum, quantum, & indiviſibile, & inter lucem, & tenebras. Igitur perfectiſſima viſio fit in rethiculari tunica, cerebro, & animo ipſo completur: Mens audit, Mens videt, cætera ſurda ſunt, & cæca.

Totus homo à Nativitate morbus, quia quælibet pars: quælibet pars, quia Totum; ideò non paucæ ſunt morborum calamitates, quibus luminum actio depravatur, imminuitur, aboletur, quas diſtinctè refert quidam Author ex Gallica in noſtram Vernaculam verſus: uti pungentes, & acuti oculorum dolores ab humorum morſibus forſan oriundi, & quando objecta in gyrum circumrotari videntur ex concitato motu ſpirituum, vertigo tenebricoſa, ſivè caduca ſuccedit, aut aliquâ intermiſsâ exhalatione inter corneam, & uveam à cerebri, pectoris, ſivè uteri ſyntomate impulſa, veluti culices, & paleæ præ oculis feruntur: & ſi organi ipſius, & organicæ partis ſitus, figura anguluſque opticus mutetur, objectorum magnitudo, parvitas, diſtantia, propinquitas, motus, quies, colores, tunicarum, ſivè nervorum vitia, humorumque quantitas prætermodum adaucta, aut diminuta fuerit, ſpiritus undulare, & fluitare coguntur, oculus infirmatur, viſio ipſa multiplicitèr læditur, & quaſi præmortua evadet.

Caligo ipſa ſenectutis vicaria ex corneæ flacciditate, & ſpirituum inopiâ, exorta: *Tunc*(inquit Plato in Thimæo) *mentis oculus incipit acutè cernere, cùm primum corporis oculus defloreſcit*: Ex qua ſenes propè crepuſculum, quando videlicet ſphæra vaporoſa gravior æthereâ facta, occiduos radios ſuprà terreſtre Emiſphærium repercutit, illudque majori lumine, ac eſt Lunare lumen illuminat, tunc (inquam)

quam) malè objecta diſtinguunt, & opus habent conſpicillis, quæque fuit ſignum ſenectutis confirmatæ in Iſaac, & Heli, (*Gen.* 27. *&* *Reg.* 1.) *Senuit autem Iſaac, & caligaverunt oculi ejus, & videre non poterat: Heli jacebat in loco ſuo, & oculi ejus caligaverant, & non poterat videre.*

Inter auxilia caliginoſi viſus, & cæcitatis, præſtantiſſima ſunt animantium fella mitiora, & ſummè acria, ut bovinum, leporis, agnorum, ovium, perdicis, aquilæ, falconis, columbinum, viperinum, aprinum, gallinæ, ſuùm, avium, accipitris, tauri, piſcis, cujus felle legitur à cæcitate convaluiſſe Tobias, & priſtinæ viſioni, divinâ ope reſtitutus. (*Tob.* 11. 14.) Eſſent & alia reptilia, mineralia, & vegetabilia, quorum hic meminiſſe non gravarer, ſi temporis penuria non vetaret.

Denique ſenſorium viſus, uti cæteris fidelius, in judiciis forenſibus, teſtis clariſſimus, utpotè quod eminentiori loco poſitum, inimicorum acceſſus, & molimina detegit, animi paſſiones, cordis penetralia, vitæ genus, mores fideliter pandit, ſanguinis mutationes: *Docebat enim Hippocrates: mutato ſanguine, ejuſque inteſtino motu, prudentiam mutari, & peregrinas accedere opiniones*: morborum ſævitiem, & larvas, diuturnam, aut brevem reſolutionem, oſtendit, horum eventus ad vitam, vel ad interitum, æquâ lance librat, aliaque innumera declarat, ideòque magnus Senex in ſuis Epidemiis, & alibi, oculorum attentam inſpectionem, & faciei anxio Medico in morbis præſagiendis, totis viribus inculcat, & præcipit, ac ſi laborantis, & afflictæ naturæ partes, & vices ſuſciperent. Mirum igitùr non eſt, ſi in his lucentiſſimis facibus, immortalis animi ſedes, & imperium à magnis, & vetuſtis viris ſancita fuerint! hæc tetigiſſe ſufficiat, multum temporis præſens materia tereret, ſi ſingula minutim pertractanda forent. Vos interim, præſtantiſſimi Viri, Anathomico ferro,

ro , & Medicis , atque Chyrurgicis exercitationibus , minimè indulgeatis , ut ampliùs de inventis non laboretur, ſed novi cum Heiſtero in ſcientiis progreſſus in diem appareant , & ut ſic litterario ſplendori , communïque bono ſemper , atque ſemper alacriſſimè conſulatur .

DISSERTAZIONE
SU L'OCCHIO,
E ſua azzione.

EGli è a voi ben noto, ed a chicheſia indubitato, tra i ſenſi tutti dell'Uomo, quello della Viſione eſſere il più ſublime, ed eccellente, in cui ſolo il ſommo Architetto della Natura, come in un terſiſſimo criſtallo perſtrinſe, e ripoſe tutte inſieme le ſpecie dell'Univerſo, con queſto, diſſi, divino ſtrumento, ci fè mirare la luce, che riſplender ſi vede per le vaſtiſſime Regioni dell' aria, la ben ricca ſupelletile della terra, le onde tranquille, e ſpiaggie del Mare, le figure, e modificazioni de' corpi, le alterazioni, e ſullunari mutazioni de' medeſimi, le azzioni, paſſioni, repaſſioni, i numeri, la ſerie de' tempi, l'Ente ſteſſo di ragion metafiſico, e di diſtintamente diſcernere gl' altri ogetti tutti colorati; Con l'aſſiſtenza di queſto proſsimo miniſtro, l'animo, che riſiede nella ſuprema fortezza, ſa ben' egli ſignoreggiare, ed imperare: *Forſe gl' Uomini* (ſiami pur lecito dir con Anaſſagora) *nacquero ſolamente per vedere*! Dal Filoſofo, e Platone nomato ſenſo d' Invenzione, per cui ſomminiſtrata viene all'umano intendimento abbondantiſſima materia di filoſofare, ſe li aprono ricchiſſime miniere di contemplare gl'effetti della natura, anzi dico di più, d'aſſeguir l'Autore ſteſſo della medeſima, e la vita beata: (*Rom.* 1) *Inviſibilia Dei, per ea, quæ facta ſunt à Creatura mundi, intellecta, conſpiciuntur.*

Che più! Mà di grazia, Uditori, poſto di banda il parlare delle coſe ſullunari, fiſſate per breve tempo l'Occhio al Cielo, il di cui ſolo aſpetto, tenea con iſtupore ſoſpeſa la mente de' Filoſofi, e quaſi fuor di ſe ſteſſa, eſtatica diveniva, come ſe mirato aveſſe una giammai veduta ſingolar novità. Qual mai de' ſenſi s'affretta a raggirare l'immenſi ſpazj de' Cieli? il moto, e ſplendore delle Stelle? Il Trono Reale del Sommo Nume? premio, e mercede delle noſtre fatighe? Cielo, e Terra, e quanto ſi contiene in eſsi, forſe create furono per dovizia, e piacer dell' Occhio.

E vaglia il vero, da queſto Mondo di lucide ſtelle adorno (per parlar col moraliſſimo Seneca) da' Greci, e Latini Scrittori viene oltre modo inalzato l' Organo della Viſione, come Lucrezio nel *Lib. 3. de rer. nat.*

Omnes cæcutire jubes, ne Cœlum aſpiciant,
Cœlique aſpectu permoti,
Rurſus in antiquas referantur Religiones!

E lo ſteſſo Marco Tullio = *Quis tam vecors, qui cum in Cœlum ſuſpexerit Deos eſſe, non ſentiat? omninò eſſe præſtantem aliquam, æternamque Naturam!*

Ma per non divertire altrove il diſcorſo, fà di meſtieri, che ſveliamo a lento ferro l'armonica ſua ſtruttura, uſo, ed altro, che ſi ricerca all' armonico ſuo componimento, e ſua perfetta azzione; d'onde reſteranno certamente abattuti, e convinte li ſofiſmi, ed invenzioni dell' Ateiſti, laſciata all' indietro la ſtruttura meraviglioſa del Magrocoſmo, e Migrocoſmo inſieme, per il di cui ſolo lavorìo più dura fatiga ſpeſe la provida Natura, che per la ben' acconcia, ed'ordinata diſpoſizione de' medeſimi.

Da' Greci ne furon detti Ofhthalmoi, d'onde Ofhthalmia. Da Latini: Oculi; Queſti ſono due corpi globoſi, ſituati nelle cavità delle orbite, arrichiti abondantemente di muſcoli, e vaſi con pinguedine, che li tramezza, dotti eſcre-

eſcretorj, ed umori deſtinati a perfezzionar l'opera meravigliosa della Viſione.

La loro ſoſtanza è diafana, e molle per ricevere con più prontezza le ſpecie degl' ogetti, ed unitamente conſervarle.

Di numero due diſpoſti nell'iſteſſo piano con ordinanza parallela, d'onde forſe accade, che muovendoſi, ò infermandoſi uno, e l'altro ſi muove, ed'in qualche maniera vien a patire (abbenche ciò falſamente al comun principio dell' Ottici da Ariſtotele s'aſcriva.)

Han ſortita una figura sferica delle altre la più perſetta, affinche ſvoltandoſi d'ogni lato ſu'l proprio centro, ne concepiſſero per linee rette, ed iſtantaneamente moltitudine d'ogetti, ancorche trà loro contrarj, quali l'intelletto con la ſua perſpicacia capir non puole.

Appajono di color vario nell' Uomo ſolo, dal moto dell' Uvea, color degl'umori, e vibrazion de'ſpiriti partecipatogli.

Adorni ſi veggono d'interne, ed eſterne parti. Le ſeconde ſono le Palpebre, da'quali, come da due veli, queſte lucidiſſime gemme ſi ricoprono, i cigli, ſopracigli, glandule, o ſian carruncole lacrimali. La palpebra ſuperiore velocemente ſi muove, rimanendo immobil l' inferiore, nell' Uccelli però, per loro neceſſità, pur queſt a muover ſi vede, quale diſcaccia colla celerità del ſuo moto le ſordidezze, che deturpar lo poteſſero.

La loro cute è più laſſa, e floſcia delle altre, cinta nell' interno da una ſottil membrana, originata dal pericranio, e forata da varj forami.

L' eſterior circonferenza, ſi dice Ciglio, ornato da pertutto di peli, e punti lacrimali per rompere, e mitigare la gagliarda forza della luce. La parte ſuperiore vien detta Sopraciglio, anch' eſſo fortificato di peli, ornamento dell' Occhio, e diverſivo dell' eſtivo ſudore.

In oltre appajono le ſudette Palpebre arrichite di varie glandulette, ò ſian ſtrìe nell' interna loro ſuperfizie, con molti ramoſcelli di vaſellini, pure nelli Quadrupedi ultimamente dall' accuratiſſimo Morgagni ſcoperti.

E' notabile una, che le cinge, nata dall'angolo maggiore, e diviſa nelle altre minori, dà queſta libero paſſaggio a' vaſi linfatici, ed eſcretorj, in cui dall' Anatomici fù riposto il ſacco, detto Lacrimale, e la ſede della fiſtola pur eſſa Lacrimale, quale da rodente, o irritante umore corroſa, geme inceſſanti lacrime, come da vite in rigido verno reciſa, ſcorrono per ogni verſo le acque.

L' altra Carruncula pure detta Lacrimale, collocata nell' angolo minore dell' Occhio, ſepara un certo liquore acquoſo, deſtinato ad irrigare le convicine parti, per non reſtar dall' aſſiduo moto, e calore dell' ambiente aria inaridite; Il rimanente per non laſciar l' Occhio in un pianto perpetuo, lo traſporta alle interne parti del Naſo per via di un picciol canale ritrovato, ed egreggiamente deſcritto dal Stenone, d' onde ne avviene, che non ſolo nella triſtezza, e cordoglio, mà ſpronati l' occhi dal fumo, ſcorre dal naſo un ſugo ſimile alle lacrime, e per contrario, ſtuzzicato queſto con qualche acuto vegetabile, dirottamente prorompon le lacrime dagl' occhi.

Circola il menzionato umore per le ſudette glandule, poſcia dal mar roſſo del ſangue ſi reaſſume. Si propagano per eſſe glandule tre dotti linfatici fin alle palpebre diſteſi per ambe le parti intagliate da una gentil molecola.

Per il moto celere, e rapido, alla Palpebra interna le furon dati due muſcoli. Naſce il primo vicino all' angolo maggiore, e ſcorrendo per diſotto l' occhio, dà termine con un ſottil tendine verſo l' ottico, e trapaſſando l' altro, con artifizio s' inſeriſce nella margine dell' occhio. Nella ſua origine ſi vede un doppio tendine, quale gl'Antichi, e

Mo-

Moderni ce lo additano col Morgagni, avvertendo d'andar ſi cautamente nella guarigione della fiſtola lacrimale, per non incorrere nel tendine ſudetto, e reſtar offeſa la viſta; L'altro avendo origine dell'iſteſſa maniera, con riguardare all'angolo interno, in un comune abbraccio coſpirano. Da queſte robuſte funi la palpebra interna ſteſa sù la cornea, per non rinſerrarſi, vien ſoſpeſa.

Scorrono in queſte alcuni filami nervoſi, per far, che i moti involontarj, e patetici delle palpebre, nella triſtezza, pudore, ed allegrezza corriſpondeſſero all'anima, e n'eſprimeſſero le dilei paſſioni. Si potrebbero ſnodare altri fenomeni per via dell'accennati nervi, mà per non eſſer nojoſo, me ne diſpenſo.

Come da un raro, e repentino ſuono, immediatamente veniamo ad abbaſſare le palpebre? Ciò dalla detta Notomìa ben ſi puole arguire, e per eſſere i ſpiriti animaſtici da quel ſoave travaglio già divenuti ſtanchi s'illanguidiſcono, ed i lumi incominciano a diſtenderſi in vago ſito, nomato Orizontale.

Sei muſcoli con grand'armonìa diſpoſti circa l'oſſea cavità ſituati, deſtinati furono a far, che l'Occhio in mille guiſe ſi muova: Quattro retti, due obliqui, da'proprj uffizj variamente appellati. Il primo l'inalza, l'abbaſſa il ſecondo, quinci, e quindi due altri lo muovono.

Traggono l'origine dalla circonferenza, dove s'inſeriſce l'ottico, e con un lato, e ſottil tendine fino alla cornea ſi prolungano. Le fibre di queſti muſcoli unitamente diſteſe, e corrugate, neceſſitano i lumi a ſtar fiſsi in un ſol punto, come accader veggiamo agl'uccelli con egual peſo in mezzo all'aria fermi, e librati.

Sembrami quì a propoſito, che quando i quattro retti ſi contraggono, l'occhio vien in qualche modo a ſpianarſi, e per contrario ſi fa maggiormente globoſo, quando gl'obli-

qui

qui contratti premono i lumi, e la viſione or più, or meno elegante ſi forma.

Non così coloro, che han i muſcoli parletici, per oſſervazione fatta dal chiariſſimo Williſio in un Giovane parletico, che avendo l'abduttore fortemente contratto, ſcuopriva gl' ogetti confuſamente dupplicati.

Degl' obliqui, uno ha origine dall'angolo interno, e và a terminare vicino all' iride, l'altro della ſteſſa forma tira l'occhio al medeſimo interno, e per un lungo, e largo tendine trapaſſa una ſottil membrana, detta *Troclea*, indi ſi giungono inſieme, e lo muovono in giro, e per ogni verſo.

Queſti muſcoli con i ſuoi Antagoniſti aggiſcono, e riaggiſcono con forze proporzionate per via di peſo, e contrapeſo, acciò per loro difetto non rimanga offeſa in qualche parte la viſta.

Ad ogn'uno di eſſi muſcoli vengon dalli motori partecipate minutiſsime fila di Nervicciuoli, quali punti da diſpettoſo umore, partoriſcono convulſioni letali, ed acutiſſimi ſpaſimi.

E' coſpicuo il Par dell'ottici, qual per grandezza, ed eleganza ſupera gl' altri tutti. Naſce queſto come da un tronco da' corpi ſtriati, e diviſo in due groſſi rami, che conducono in copia, e per retto ſentiero i ſpirti viſorj: s'impiantano nel centro dell' occhio verſo la pupilla, a cui diametralmente s' oppongono, quali tuboli oppilati, ed oſtrutti, s' eccliſſa il lume, e ne vien la Gutta Serena, indizio della cecità, e ſicuro argomento della perduta viſione, qual malore prima, che ſormonti i Talami dell' ottici, giudica probabile il citato Williſio incominciare dalla compage ſuperiore del cerebro.

Che ſe taluno poi curioſo fuſſe di ſapere, ſe vi ſi trovaſſero piccioli meati nel meditullio di queſt' Inteſtinuli, ne riman dubbioſo il chiariſſimo Malpighi, ammettendo li ſoli interſtizj, o poroſità, quantunque il Carteſio vadi filoſo-

loſofando in contrario, aſpramente ripreſo dal medeſimo, per eſſer fondato ſu l' ipoteſi, e non ſopra la fiſica teſtimonianza de' ſenſi.

Per far, che l'ottici da ogni parte conſentiſſero, facea lor di meſtieri una tenſion eguale dall'intutto, per aver il ſuo principio da due punti diſtinti, come appunto i raggi del cono coiſcono in un ſol apice, abbenche nati da diverſi luoghi, parimenti diſcorrendo delle ſteſſe fibrille, fanno nell'incominciar del nervo come una lettera F., ſpecialità fatta a queſti ſoli, per eſſer d'operazione più acuta, e ſenſibile dell'altri.

Che ſe di nuovo talun cercaſſe, come la viſion ſia ſemplice, eſſendo l'organo doppio, ſi riſponde, perche le fibre ſono parallele, inclinanti in un ſolo angolo, ed in conſeguenza alla ripercuſſion de'raggi ſi muovono con impeto eguale al ſenſo, e ne viene la viſion ſemplice, come nella muſica, dalla tenſion tonica delle corde, che egualmente ſibillano, ſi fa il ſuono doppio, e di più maniere.

A queſt'opinione ci ſi oppone gagliardamente Gaſſendo, qual infaſtidito da queſta difficoltà, ſtabilì la viſione da un ſol'occhio, contro la ſperienza commune, le oppoſizioni di queſto Filoſofo le riferiſce 'l Briggs nella ſua dottiſſima Ofhthalmografia, ed unitamente le confuta.

Inveſtono l'interna ſoſtanza dell'occhio cinque tonache: La Prima la dicono congiuntiva, ovvero adnata di ſenſo eſquiſito, vien dal pericranio, e cinge l'occhio da per tutto fin'al negro. Per eſſer arrichita di vaſellini, nelle Ofhthalmìe compariſce intinta, e ſparſa di vivo ſangue.

La ſeconda comune detta, Cornea lucida, e robuſta viene dalla dura Madre nell'eſterno, per dar l'ingreſſo alla luce, ſi vede forata, nel fondo opaca, paſſa ſotto la congiuntiva, e ſe col dito ſi comprime, vien a perderſi affatto la luce, ſe le convicine reggioni, appariſce in figura d'un

mez-

mezzo circoletto, e così diſcorrendo a proporzion delle preſſioni, varie pure ſaranno le apparenze.

Queſta tonaca nell'Aquila s'oſſerva di grado inferior di tenuità, quale con una ſottil cartilagine, che ſempre nittita, ardita, e giuliva ſi fa incontro, e s'avvicina al Sole.

La Terza, detta Uvea, ſomiglievole al vago dell'uve nere è aderente fortiſſimamente alla cornea, con rimaner però libera la pupilla. La pupilla, or nella luce minore ſi dilata, ed or nella maggiore indifferentemente ſi coſtringe. Per la varietà de' colori, che in eſſa appariſcono, s'appropriò il nome d'Iride, intorno alla quale ſi producono certe produzzioni ciliari fibroſe come lineette dal ſuo centro alla circonferenza, per le quali l'Iride infinite mozioni a miſura del ſito dell'obbietto, ne produce. Dall' oſſervazion del Manfredi, ed eſperimento del Riolano, a i quali ſi ſoſcrivono Veslingio con altri, che con nome mutato, in vece di fibre, le chiamano ſtami.

Per la copia de' ſpiriti animali, che in eſſa ſi naſcondono, ferita da violento colpo, ſi vede ſortire, col teſtimonio di molti Autori, un' acceſa, e caloroſa fiamma.

L'altra detta Arracnoide, che col detto ligamento tien ſoſpeſo l'umor criſtallino, ſi vede conſimile alla tela del Ragno, da cui ne ſortì 'l nome.

